


PROPRIUM MISSARUM
DIECSEOS VERONENSIS

IUXTA
DECRETUM S. RITUUM CONGREGATIONIS
23 DECEMBRIS 1961



VERONÆ
SUMPTIBUS BRUNONIS MARCHETTI
1962

SACRA RITUM CONGREGATIO
Prot. N. V. 64/961

Novo Rubricarum Codice necnon et Instructione de Calendariis particularibus et Officiorum ac Missarum propriis ad normam et mentem Codicis Rubricarum revisendis in lucem editis, Exc. mus ac Rev.mus Dominus Iosephus Carraro, Episcopus Veronensis, Calendarium et Proprium Officiorum in usum Cleri sibi commissae Dioeceseos parandum curavit, adhibitis ad rem viris die re liturgica peritis. Opus sic absolutum Sacrorum Rituum Congregationis iudicio, pro opportuna approbatione humiliter subiecit.

Sacra porro eadem Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi a Santiſſimo Domino nostro Ioanne Papa XXIII. tributis, exhibitum schema Officiorum et Missarum ad usum Cleri Dioeceseos Veronensis, diligenti studio revisum et emendatum, uti in adiectis prostat foliis, probavit et adhibendum benigne concessit. Servatis de cetero Rubricis. Contrariis non obſtantibus quibuslibet.

Die 23 Decembris 1961.

+ Cajetanus Card. Cicognani

S.R.C. Praef

Henricus Dante

a Secret.

IMPRIMATUR

† Ioseph Carraro

Episcopus Veronensis

Veronae, in die Translationis S. Zenonis E. M., 21 Maii MCMLXII

S. VERONENSIS ECCLESIAE
CALENDARIUM

JANUARIUS

- 12 B. Andreæ a Pischaria, Conf. Ver. commemoratio.
18 S. Facii, Conf. Ver. commemoratio. Comm. S. Prisæ, Virg. et Mart.

APRILIS

- 12 S. Zenonis, Ep. Ver. et Mart. Patr. Prim. Civ. et Dioec. I classis.
29 S. Petri, Mart. Ver., Patr. Secundarii Civit. et Dioeces. II classis.
30 S. Catharinæ Senensis, Virg. Prim. Italiæ Patronæ. I classis.

MAIUS

- 3 S. Gualfardi, Conf. Ver. commemoratio.
5 Ss. Teuteriæ et Tuseæ, Vv. Vv. commemoratio.
8 S. Metronis, Conf. Ver. commemoratio.
14 B. Magdalenæ di Canossa, Virg. Ver. III classis. Comm. S. Bonifatii Marty.
21 Translationis S. Zenonis Ep. Ver. et Mart., commemoratio.

JUNIUS

- 1 S. Angelæ Mericiæ Virg. Ver. III classis.

JULIUS

- 13 S. Tuscanæ, Vid. Ver. commemoratio.
27 Bb. Evangelistæ et Peregrini, Cc. Vv., commemoratio. Comm. S. Pantaleonis Mart.

AUGUSTUS

- 1 S. Mariae Consolatrix, V. Ver., commemoratio. Comm. Ss. Machabeorum Mm.
9 Ss. Firmi et Rustici, Mm. Patr. Secund. Civ. et Dioec. II classis. Comm. vigiliæ S. Laurentii M.
16 S. Rochi, Conf. commemoratio.
18 In Ecc. Cath. S. Helenæ Vid. commemoratio.
21 S. Euprepii, Ep. Ver., Conf. III classis. Comm. S. Joannæ Franc. F. de Chantal, Vid.

SEPTEMBER

- 13 Dedicatio Ecl. Cathedralis, I classis.

OCTOBER

- 4 S. Francisci Assis., Conf., Prim. It. Patroni. I classis.
12 Ss. Benigni et Cari, Cc. Vv. commemoratio.
23 In Ecl. consecratis: Dedicatio Ecclesiæ propriae. I classis.
In Ecl. Cathedrali: Dedicatio Ecl. S. Georgii in Domo. I classis.
30 Omnitum Sanctorum Episcoporum Veronensium. III classis.

Die 12 Januarii

B. ANDREÆ A PISCARIA

Conf. Ver. Commemoratio

Commemoratio

Antiphona ad Introitum.

Ps. 36, 30-31

Os justi meditábitur sapiéntiam,
et lingua ejus loquétur judí-
cium: lex Dei ejus in corde ipsius.
Ps. ibid., 1. Noli æmulári in mali-
gnántibus: neque zeláveris facién-
tes iniquitátem. ¶ Glória Patri.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui beatum
Andréam Confessórem tuum
apóstolico spíritu decorásti: fac nos
ejus imitatióne ita verbo et exémplo
proficere; ut uberem fructum inde
reférre valeámus: Qui vivis et re-
gnas.

Léctio libri Sapiéntiæ

Eccli. 31, 8-11

Béatus vir, qui invéntus est sine
mácula, et qui post aurum non
ábiit, nec sperávit in pecúnia et the-
sáuris. Quis est hic, et laudábimus

eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Graduale Ps. 91, 13 et 14. Justus
ut palma florébit: sicut cedrus Lí-
bani multiplicábitur in domo Dómi-
ni. **V.** Ibid., 3 Ad annuntiándum
mane misericordiam tuam, et veritá-
tem tuam per noctem.

Allelúja, allelúja. V. Jac. 1, 12
Beátus vir, qui suffert tentatióne:
quóniam cum probátus fúerit, accí-
piet corónam vitæ. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Al-
lelúja et versu sequenti, dicitur:

Tractus Ps. 111, 1-3 Beatus vir,
qui timet Dóminum: in mandátis
ejus cupit nimis. ¶ Potens in terra
erit semen ejus: generátió rectórum
benedicétur. ¶ Glória et divitiæ in
domo ejus: et justítia ejus manet in
sæculum sæculi.



**Sequentia sancti Evangélii
secundum Lucam.**

Luc. 10, 1.9

L in illo tempore: Designávit Dóminus et álios septuagínta duos: et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis: Mессis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum mессis, ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui: et si ibi fúerit filius pacis, requiéset super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes, et bibéntes quae apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolite transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infírmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 88, 25

Véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Secreta

L audis tibi, Dómine, hóstias im- molámus in tuórum commemo- ratíone Sanctórum: quibus nos et præséntibus éxui malis confídimus, et futúris. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem.

Matth. 24, 46-47.

Beátus servus, quem, cum véne- rit dóminus, invénerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum.

Postcommunio

Refécti cibo, potúque cælesti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemo- ratíone percépimus, ejus muniámur et prémibus. Per Dóminum.

Die 18 Januarii

S. FACII

Confessoris. Commemoratio

Antiphona ad Introitum.

Isai. 58, 7

Frange esuriénti panem tuum, et egénos vagósque induc in do- mum tuam: cum víderis nudum óperi eum, et carnem tuam ne despéixeris. Ps. 40, 1 Beátus qui intellégit super egénum et páupe-

rem: in die mala liberabit eum Dóminus. ¶ Glória Patri. Frange.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui in tuæ caritatis exémplum beatum Fácius Confessórem tuum bene ómnibus fácere docuísti: concéde propítius: ut, ejúsdem vestigiis jugiter inhæréntes, parátum bene faciéntibus regnum possidére mereámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Priscae Virg. et Mart.

Oratio

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui beátæ Priscæ Virginis et Mártyris tuæ natalitia cólimus; et ánnua solemnitáte lätémur, et tantæ fidei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Lectio Libri Sapientiæ

Ecli. 4, 1-11

Fili, eleemosynam pauperis ne de-fraudes, et oculos tuos ne trans-vertas a paupere. Animam esurien-tem ne despexeris, et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis-ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti. Rogationem contribula-ti ne abiicias, et non avertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne avertas

oculos tuos, propter iram; et non re-linquis quaerentibus tibi retro ma-ledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur de-precatio illius: exaudiet autem eum qui fecit illum. Congregationi pau-perum affabilem te facito; declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum; et responde illi pacifica in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de ma-nu superbi, et non acide feras in anima tua. In iudicando esto pupil-lis misericors ut pater, et pro viro matri illorum; et eris tu velut filius Altissimi obediens, et miserebitur tui magis quam mater.

Graduale Tob. 4, 9 Si multum tibi fúerit, abundánter tribue: si exiguum libénter impertí stude. ¶ Ibid. 10 Præmium enim bonum tibi thesaurízas in die necessitatis.

Allelúja allelúja. ¶ Ibid., 11 Quóniam eleemosyna ab omni pec-cáto et a morte liberat, et non patiétur ánimam ire in ténebras. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Al-lelúja et Versu sequenti, dicitur:

Tractus ¶ Ibid., 11 Quóniam eleemosyna ab omni peccáto et a morte liberat, et non patiétur ánimam ire in ténebras. ¶ Ibid., 7 Ex substántia tua fac eleemosynam. et noli avértere fáciem tuam ab ullo páupere: ita enim fiet, ut nec a te

avertáatur fácies Dómini. V. Ibid., 8
Quómodo potúeris, ita esto miséri-
cors.



**Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Lucam.**

Luc. 10, 25-37

In illo témpore: Quidam Legispe-
rítus surréxit tentans Jesum et
dicens: Magister, quid faciéndo vi-
tam ætérnam possidébo? At ille di-
xit ad eum: In lege quid scriptum
est? quómodo legis? Ille respóndens
dixit: Diliges Dóminum Deum tuum
ex toto corde tuo, et ex tota ánima
tua, et ex ómnibus víribus tuis, et
ex omni mente tua: et próximum
tuum sicut teípsum. Dixítque illi:
Recte respondísti: hoc fac, et vives.
Ille autem volens justificáre seíp-
sum dixit ad Jesum: Et quis est meus
próximus? Suscípiens autem Jesus
dixit: Homo quidam descendébat ab
Jerúsalem in Jéricho, et íncidit in
latrónes, qui étiam despoliáverunt
eum: et plagis impósitis abiérunt, se-
mivivo relicto. Accidit autem, ut sa-
cérdos quidam descéderet eádem
via, et, viso illo, præterívit. Simili-
ter et levita, cum esset secus locum
et vidéret eum, pertránsiit. Samari-
tánus autem quidam iter fáciens ve-
nit secus eum, et videns eum, misé-
ricórdia motus est. Et apprópians
alligávit vúlnera ejus, infúnrens ó-

leum et vinum: et impónens illum
in juméntum suum, duxit in stábu-
lum, et curam ejus egit. Et álera die
prótulit duos denários, et dedit sta-
bulário, et ait: Curam illius habe:
et quodcúmque supererogáveris, e-
go cum redíero reddam tibi. Quis
horum trium vidétur tibi próximus
fuísse illi qui íncidit in latrónes? At
ille dixit: Qui fecit misericórdiam
in illum. Et ait illi Jesus: Vade, et
tu fac simíliter.

**Antiphona ad Offertorium. Eccli.
14, 11. Fili, si habes, bénefac te-
cum, et Deo dignas oblatiónes offer.**

Secreta

Illo nos amóris igne, quæsumus,
Dómine, hæc hóstia salutáris in-
flámmet, qui cor beáti Facii Confes-
sóris tui vehéménter accéndit. Per
Dóminum.

Pro S. Prisca

Secreta

Hæc hóstia, quaésumus, Dómine,
quam Sanctórum tuórum nata-
lítia recenséntes offérimus, et víncu-
la nostræ pravitatis absólvat, et tuæ
nobis misericórdiæ dona concíliet.
Per Dóminum.

**Antiphona ad Communionem. Eccli.
7, 39. Non te pígeat visitáre in-
fírmum: ex his enim in dilectione
firmáberis.**

Postcommunio

Cælestis panis virtûte satiáti,
quæsumus, Dómine Deus nos-
ter: ut in nobis caritatis tuæ dona
multiplices; et, beáti Fácii Confes-
soris exémplo terrénum panem mí-
nimis tuis ministrantes, cælesti con-
vívio perpétuo accúmbere mereá-
mur. Per Dóminum.

Pro S. Prisca**Postcommunio**

Q uaésumus, Dómine, salutáribus
repléti mystériis: ut, cuius so-
lémnia celebrámus, ejus oratiónibus
adjuvémur. Per Dóminum.

Die 12 Aprilis

S. ZENONIS

EPISCOPI VERONENSIS ET MARTYRIS
Patroni principalis Ecclesiae Veronensis

I classis

Antiphona ad Introitum.

Gaudéamus omnes in Dómino,
diem festum celebrántes sub
honóre beáti Zenónis Mártyris atque
Pontíficis: de cuius solemnitáte gau-
dent Angeli, et colláudant Fílum
Dei (T.P. allelúja, allelúja)

Ps. 47, 1. Magnus Dóminus et lau-
dabilis nimis: in civitáte Dei nostri,
in monte sancto ejus. V. Glória Pa-
tri.

Oratio

D eus, qui beátum Zenónem Már-
tyrem tuum atque Pontíficem
cathólicæ fídei propagatórem elíge-
re dignátus es: præsta, quæsumus;
ut, ipso pro nobis interveniénte, a
peccatórum nostrorum máculis mun-

dáti, sincéris tibi méntibus placére
mereámur. Per Dóminum.

Et, Tempore Quadragesimali, fit
Commemoratio Fériæ.

Léctio Epístolæ beáti Joánnis Apó-
stoli. 1 Joann. 4, 8-15

C aríssimi: Deus cáritas est. In
hoc appáruit cáritas Dei in
nobis, quóniam Fílum suum uni-
génitum misit Deus in mundum, ut
vivámus per eum. In hoc est cáritas:
non quasi nos dilexérimus Deum,
sed quóniam ipse prior diléxit nos,
et misit Fílum suum propitiatió-
nem pro peccátis nostris. Caríssimi,
si sic Deus diléxit nos, et nos debé-
mus altérutrum diligere. Deum ne-
mo vidit umquam. Si diligámus ín-

vicem, Deus in nobis manet, et caritas ejus in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, et ipse in nobis; quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidi mus et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo.

Tempore paschali.

Alleluja, alleluja. V. Eccl. 48, 1.
Surrexit vir Dei quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardébat. Alleluja. V. Beate Zeno, pastor et martyr gloriouse, Ecclesiæ Veronensis lumen, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Alleluja.

Extra Tempus Paschale

Graduale Ps. 8, 5-6 Glória et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine. V. Hic est Sacerdos, quem coronavit Dominus.

Tractus Ps. 106, 8-9 Confiteantur Domino misericordiae ejus; et mirabilia ejus filiis hominum. Quia satiavit animam inanem, et animam esuriensem satiavit bonis. V. Ibid., 14-17 Et eduxit eos de tenebris, et umbra mortis: suscepit eos de via iniquitatis eorum. V. Beate Zeno, pastor et martyr gloriouse, Ecclesiæ

Veronensis Lumen intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

In missis votivis ante Septuagesimam vel post Pentecosten, dicitur:

Graduale Ps. 8, 5-6 Glória et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine. V. Hic est Sacerdos, quem coronavit Dominus. Alleluja, alleluja. V. Beate Zeno, pastor et martyr gloriouse, Ecclesiæ Veronensis lumen, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Alleluja.

 Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

Jo. 15, 1-7

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus affterat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum. et in ignem mittent, et ardet. Si

manseritis in me, et verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis.

Credo.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 5, 11-12

Gloriabantur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo: Domine, ut scuto bona voluntatis tuae coronasti eum.
(T.P. Alleluja)

Secreta

O blata, quæsumus, Domine, dona sanctifica: et corda nostra illo igne tuæ caritatis inflamma; quem in populo suo sanctus tuus Martyr et Pontifex Zeno curavit accendere. Per Dominum nostrum.

Et, Tempore Quadragesimali, fit Commemoratio Feriae.

Antiphona ad Communionem.

Joann. 15, 16.

Ego vos elegi de mundo, ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. (T.P. Alleluja)

Postcommunio

S acris muneribus recreati te, Domine, supplices deprecamur: ut beati Zenonis Martyris atque Pontificis hortamenta sectando, ad vitam perveniamus æternam. Per Dominum.

Et, Tempore Quadragesimali, fit Commemoratio Feriae.

Die 29 Aprilis

S A N C T I P E T R I , M a r t y r i s

Patroni secundarii Ecclesiæ Veronensis

II Classis

Antiphona ad Introitum Ps. 63, 3

Proteisti me, Deus, a conventu malignantium, alleluia: a multitudo operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. Ps. ibid., 2. Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam

meam. V. Glória Patri. Protexisti me.

Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur; qui, pro ejusdem fidei dilata-

tióne, martyrii palmam méritu obtinére. Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Timótheum

2 Tim. 2, 3-10

Carissime: labora sicut bonus milites Christi; nemo militans Deo implicat se negotiis sacerularibus, ut ei placeat cui se probavit. Nam et qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certaverit. Laborantem agricultoram oportet primum de fructibus percipere. Intellege quæ dico; dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum evangelium meum, in quo labore usque ad vincula quasi male operans; sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria cælesti.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 88, 6.
Confitebúntur cæli mirabilia tua,
Dómine: étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum. Allelúja. V. Ps. 20,4. Posuísti, Dómine, super caput ejus corónam de lápide pretiósso.
Allelúja.



Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Luc. 9, 23-26

In illo tempore: Dicebat Jesus ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam; nam qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam. Quid enim proficit homo si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat et detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, et Patris et sanctorum Angelorum.

Antiphona ad Offertorium. Ps. 88, 6. Confitebúntur cæli mirabilia tua, Dómine: et veritátem tuam in ecclésia sanctórum, allelúja, allelúja.

Secreta

Preces, quas tibi, Dómine, offérimus, intercedénte beáto Petro Mártyre tuo, cleménter inténde: et propugnatóres fidei sub tua protecctione custódi. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem. Ps. 63, 11. Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabuntur omnes recti corde, allelúja, allelúja.

Postcommunio

Fidéles tuos, Dómine, custódiant sacraménta, quæ súmpsimus: et, intercedénte beáto Petro Mártyre tuo, contra omnes advérsos tueántur incúrsus. Per Dóminum.

Pro votiva extra Tempus Paschale, Missa Laetábitur, de Communi unius Martyris 4º loco, cum Orationibus ut supra.

30 Aprilis

S. CATHARINÆ SENENSIS

Virginis

Primariæ Italiae Patronæ

I Classis

Omnia ut in Missali Romano hac ipsa die. Et dicitur Credo

3 Maii

S. GUALFARDI

Confessoris Veronensis

Commemoratio

Antiphona ad Introitum.

Ps. 91, 13-14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis

domus Dei nostri, allelúa, allelúa
Ps. ibid., 2. Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altísime. V. Glória Patri. Justus.

Oratio

Concede, Domine, populo tuo veniam peccatorum et religionis augmentum; atque ut ei dona multiplices, sancti Gualfardi Confessoris tui patrocinium fac adesse. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ss. Alexandri I Papæ, Eventii et Theoduli Martyrum, ac Juvenalis Ep. et Conf.:

Oratio

Præsta, quaésumus, omnípotens Deus: ut, qui sanctórum Alexándri, Evéntii, Theodúli, atque Juvenális natalítia cólimus; a cunctis malis imminéntibus, eórum intercessiónibus, liberémur. Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios Cor. 4, 9-14

Fratres: Spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudéntes in Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cóla-

phis caédimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris: maledícimur, et benedícimus: persecutióne pátimur, et sustinémus: blasphemámur, et obsecrámus: tamquam purgamiénta hujus mundi facti sumus; omnium peripsema usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut filios meos caríssimos móneo: in Christo Jesu Dómino nostro.

Allelúa, allelúa. V. Ps. 111, 1.
Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúa.
V. Osee 14, 6. Justus germinábit sicut lílum: et florébit in æténum ante Dóminum. Allelúa.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.

Luc. 12, 32-34

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolite timére, pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quæ possidétis, et date eleemósynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cælis: quo fur non apprópiat, neque tinea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Antiphona ad Offertorium. Ps. 20, 2-3. In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, et super salutáre tuum exsultábit veheménter: desi-

dérium ánimæ ejus tribuísti ei. Al-lelúa.

Secreta

P ræsta nobis, quaésumus, omni-potens Deus: ut nostræ humiliatióis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos corpore páriter et mente puríficet. Per Dóminum.

Pro Ss. Alexandro, Eventio, Theodulo ac Juvenale.

Secreta

S uper has hóstias, quaésumus, Dómine, benedictio copiosa de-scéndat: quæ et sanctificatióne nobis cleménter operétur, et de Sanctórum nos solemnitáte lætíficet. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem.
Matth. 19, 28 et 29. Amen dico vobis, quod vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, centuplum accipiétis, et vitam æténam possidébitis. Allelúa.

Postcommunio

Q uaésumus, omnípotens Deus: Q ut, qui cælestia aliménta per-cépimus, intercedénte beáto Gualfar-do Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

Pro Ss. Alexandro, Eventio, Theodulo ac Juvenale

Postcommunio

Refécti participatióne múnéris sa-
cri, quaésumus, Dómine Deus
noster: ut, cūjus exséquimur cul-
tum, intercedéntibus sanctis tuis
Alexándro, Evéntio, Theodúlo et Ju-
venále sentiámus efféctum. Per Dó-
minum.

Die 5 Maii**Ss. TEUTERIÆ ET TUSCÆ,**

Virginum Ver.

Commemoratio

Oratio

Concéde, quaésumus, omnípotens
Deus: ut qui beatárum Virgi-
num Teutériæ et Túscæ puritátem
húmili venerámur obséquio; etiam
piæ conversatiónis imitémur exé-
plum. Per Dóminum.

Secreta

Munéribus tibi, Dómine, pro bea-
tárum Virginum Teutériæ et
Túscæ honóre dicátis, benedictió-
nem tuam propitiátus effúnde: ut
per éadem, et a vitiis ómnibus emun-
démur, et cælestibus delíciis impleá-
mur. Per Dominum.

Postcommunio

Súmpta mystéria, quaésumus, Do-
mine, suffragántibus beatárum
Virginum Teutériæ et Túscæ méri-
tis, ícident nos júgiter et illústrent:
ut digne advéntum Filii tui præstolé-
mur, et ad supérnas eius nuptias ad-
mittámur. Per Dominum.

Sieibi dicenda fuerit Missa de SS.
Teuteria et Tusca, hæc erit: « Vir-
gines laudent » de Communi plu-
rium Virginum.

Die 8 Maii**S. METRONIS**

Confessoris Veronensis

Commemoratio

Antiphona ad Introitum.

Ps. 36, 30-31

Os justi meditábitur sapiéntiam,
et lingua ejus loquéatur judi-
cium: lex Dei ejus in corde ipsius.
Allelúja, allelúja. Ps. ibid., 1. Noli
æmulári in malignántibus: neque
zeláveris faciéntes iniquitátem. V.
Glória Patri. Os justi.

Oratio

Da auxílium, Dómine, quaésu-
mus, maiestáti tuæ potestatí-
que subiectis, et quidquid suis méri-

tis non præsumunt, beati Metrónis Confessóris tui præcibus conse-quántur. Per Dominum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Ecli. 31, 8-11

Béatus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et the-sáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probátus est in illo, et per-fectus est, erit illi glória æterna: qui pótuit tránsredi, et non est tran-sgréssus: fácerem mala, et non fecit: ídeo stabilitá sunt bona illíus in Dómino, et eleemosynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

Allelúja, allelúja. **V.** Jac. 1, 12. Beátus vir, qui suffert tentatióñem: quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúja. **V.** Ecli. 45, 9. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii se-cúndum Lucam

Luc. 12, 35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discí-pulis suis: Sint lumbi vestri præ-cíneti, et lucérnæ ardéntes in máni-bus vestris et vos similes hominibus exspectántibus dóminum suum,

quando revertátur a nuptiis: ut cum vénerit, et pulsáverit, conféstim apé-riant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilán-tes: amen dico vobis, quod præcín-get se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vé-nerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem sci-tóte, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non sínaret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti: quia qua hora non putátis, Filius hóminis vénet.

Antiphona ad offertorium. Ps. 88, 25. Véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exal-tábitur cornu ejus. Allelúja.

Secreta

Laudis tibi, Dómine, hóstias im-molámus in tuórum commemo-ratióne Sanctórum: quibus nos et præséntibus éxui malis confidimus, et futúris. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem.

Matth. 24, 46-47. Beátus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilátem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum. Allelúja.

Postcommunio

Refécti cibo potúque cælesti,
Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cuius hæc commemo-
ratíone percépimus ejus muniámur
et prémibus. Per Dóminum.

Die 14 Maii

B. MAGDALENÆ DI CANOSSA

Virginis Veronensis III classis
Antiphona ad Introitum.

Ps. 44, 8

Dilexísti justíam, et odisti ini-
quitátem: propterea unxit te
Deus, Deus tuus, óleo lætítiae
præ consortibus tuis allelúja, alle-
lúja. Ps. Ibid., 2 Eructávit cor meum
verbum bonum: dico ego ópera mea
Regi. V. Glória Patri. Dilexisti.

Oratio

Deus, qui in Beata Magdaléna
Vírgine tua, præclara caritatis
et humilitatis exémpla præbuísti,
qui per illam nova prole Ecclé-
siam tuam fecundásti: concéde pro-
pitius; ut, ejus pia intercessióne,
eásdem virtutes fidéliter exercére
valeámus. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Bonifatii,
Mártiris.

Oratio

Da, quæsumus, omnípotens
Deus; ut, qui beáti Bonifatii
Mártiris tui solémnia cólimus. ejus
apud te intercessiónibus adjuvémur.
Per Dóminum.

Léctio Epistolæ Beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios.

2 Cor. 10, 17-18; 11, 1-2.

Fratres: Qui gloriátur, in Dómino
gloriétur. Non enim qui seip-
sum comméndat, ille probátus est:
sed quem Deus comméndat. Utinam
sustinerétis módicum quid insipiéntiæ
meæ, sed et supportáte me:
æmulator enim vos Dei æmulatióne.
Despóndi enim vos uni viro vírgi-
nem castam exhibére Christo.

Allelúja, allelúja V. Ps. 44, 15 et
16. Adducéntur Regi vírgines post
eam: próximæ ejus afferentur ti-
bi in lætitia. Allelúja. V. Ibid., 5 Spé-
cie tua et pulchritudine tua inténde,
próspera procéde, et regna. Alle-
lúja.

In Missis votivis, extra Tempus
Paschale, omittuntur Allelúja in An-
tiphonis ad Introitum, Offertorium
et Communionem, et post Epistolam
dicitur:

Graduale Ps. 44, 5 Spécie tua. et
pulchritudine tua inténde, próspera
procéde, et regna. V. Propter veritá-

tem, et mansuetudinem, et justitiam, et deducet te mirabiliter dextra tua.

Allelúja, alleluja. ¶ Ibid., 15 et 16 Adducéntur Regi vírgines post eam: proximæ ejus afferéntur tibi in lætitia. **Allelúja.**

Post Septuagesimam, omissis Allelúja, et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 44, 11 et 12 Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam. ¶ Ibid., 13 et 10 Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: filiæ regum in honóre tuo. ¶ Ibid., 15-16 Adducéntur Regi vírgines post eam: proximæ ejus afferéntur tibi. ¶ Afferéntur in lætitia, et exultatione: adducéntur in templum Regis.



Sequéntia sancti Evangélii scéndum Matthæum.

Matth. 25, 1-13

In illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Símile erit regnum cælórum decem vírginibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviā sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádi bus, non sumpsérunt óleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in

vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes, et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ paratæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jáuua. Novíssime vero véniant et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen dico vobis, néscio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem, neque horam.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 44, 10

Filiæ regum in honóre tuo, ástitit regina a dextris tuis in vestitu deauráto, circúmdata varietáte. **Allelúja.**

Secreta

Hostia salutáris, quam tibi, Dómine, in honórem Beatæ Magdalénæ Vírginis súpplices exhibémus: remissiónem peccatórum no-

bis obtineat; et ad cælestia dona per-
dúcat. Per Dóminum.

Pro S. Bonifatio

Secreta

Munéribus nostris, quæsumus,
Dómine, precibúsque suscép-
tis: et cælestibus nos munda misté-
riis, et cleménter exáudi. Per Dó-
minum.

Antiphona ad Communionem.

Matth. 25, 4 et 6

Quinque prudéntes vírgines acce-
pérunt óleum in vasis suis cum lami-
pádibus: média autem nocte clamor
factus est: Ecce sponsus venit: exíte
óbviam Christo Domino. Allelúja.

Postcommunio

Sacro Convívio refécti, súpplices
te, Dómine, deprecámur: ut
Beata Magdaléna Vírgine interce-
dénte, Christum, perféctum caritá-
tis et humilitatis exémplar, semper
in corde gestémus. Per eundem Do-
minum nostrum.

Pro S. Bonifatio Postcommunio

Refécti participatióne múneris
sacri, quæsumus, Dómine Deus
noster: ut, cujus exséquimur cul-
tum, intercedénte beáto Bonifátio
Mártire tuo, sentiámus efféctum.
Per Dóminum.

Die 21 Maji

In Translatione

S. ZENONIS

Ep. Ver. et Mart. Commemoratio

Antiphona ad Introitum.

Ps. 144, 10, 12

Sancti tui, Dómine, benedic te,
ut notam fácient filiis hómi-
num poténtiam tuam, et gloriā
magnitúdinis decórī regni tui (T.
P. Allelúja, allelúja). Ps. ibid., 1
Exaltábo te, Deus meus rex, et be-
nedicam nomen tuum in sæculum
et in sæculum sæculi. V. Glória
Patri. Sancti tui.

Oratio

Venerabilem diem Translatiōnis
sancti Mártiris et Episcopi Ze-
nónis devóte celebrántes: clemén-
tiā tuam, Dómine, humíliter de-
precámur; ut, ejus adjúti suffrágīis,
mundi hujus blandiménta vitare, et
beátæ resurrectiōnis grátiam cónse-
qui valeámus. Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios. 1 Cor. 15, 39.50

Fratres: Non omnis caro éadem
caro: sed ália quidem hómi-
num, ália vero pécorum, ália vólu-
crum, ália píscium. Et córpora cæ-
lestia, et córpora terréstria: sed ália

quidem cælestium glória, ália autem terréstrium. Alia cláritas solis, ália cláritas lunæ, et ália cláritas stellárum. Stella enim a stella differt in claritáte: sic et resurréctio mortuórum. Seminátur in corruptióne, surget in incorruptióne. Seminátur in ignobilitáte, surget in glória. Seminátur in infirmitáte, surget in virtúte. Seminátur corpus animále, surget corpus spiritále. Si est corpus animále, est et spiritále, sicut scriptum est: factus est primus homo Adam in ánimam vivéntem, novíssimus Adam in spíritum vivificántem. Sed non prius quod spiritále est, sed quod animále: deinde quod spiritále. Primus homo de terra, terrénus: secúndus homo de cælo, cælestis. Qualis terrénus, tales et terréni: et qualis cælestis, tales et cælestes. Igitur, sicut portávimus imáginem terréni, portémus et imáginem cælestis. Hoc autem dico, fratres; quia caro et sanguis regnum Dei possidére non possunt, neque corrúptio incorruptélam possidébit.

Tempore Paschali:

Allelúja, allelúja. V. Ps. 117, 15-17 Vox exsultatiónis et salútis in tabernáculis justórum. Déxtera Dómini fecit virtútem. Allelúja. V. Déxtera Dómini exaltávit me. Non móriar sed vivam: et narrábo ópera Dómini. Allelúja.

Extra Tempus Paschale

Graduale Prov. 11, 28 et 12, 3

Justi quasi virens fólium germinábunt: radix eórum non commovébitur. V. Eccli 44, 1-7 Laudémus vi-
rum gloriósum Paréntem nostrum,
qui in generatióibus gentis suæ
glóriam adéptus est et habétur in
láudibus.

Allelúja, allelúja. V. Eccli 39,

13-14 Non recédet memória ejus, et nomen ejus requirétur a generatióne in generatióne. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes, et laudem ejus enuntiábit Ecclésia. Allelúja.



Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Jo. 6, 40-47

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Hæc est volúntas Patris mei qui misit me, ut omnis qui videt Fílium, et credit in eum, hábeat vitam ætérnam, et ego resuscítabo eum in novíssimo die. Murmurábant ergo Judæi de illo, quia dixísset: Ego sum panis vivus qui de cælo descéndi, et dicébant: Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus nos nóvimus patrem et matrem? Quómodo ergo dicit hic: Quia de cælo descén-
di? Respóndit ergo Jesus et dixit eis: Nolite murmuráre in ívicem: nemo potest venire ad me. nisi Pater qui misit me tráxerit eum: et ego

resuscitábo eum in novíssimo die. Est scriptum in Prophétis: Et erunt omnes docíbiles Dei. Omnis qui audívit a Patre et dídicit, venit ad me. Non quia Patrem vidi quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidi Patrem. Amen, amen dico vobis: qui credit in me habet vitam ætérnam.

Antiphona ad Offertorium. Ps. 91, 12-13 et 2. *Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini: ad annuntiandum mane misericórdiam tuam, et veritatem tuam per noctem.* (T. P. Alleluja).

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, beáti Zénónis Mártyris tui atque Pontificis dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem Ps. 50, 9

Audíui meo, Dómine, dabis gáudium et lætitiam, et exsultábunt ossa humiliáta. (T. P. Alleluja).

Postcommunio

Refécti participatióne múnéris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster ut, cuius exséquimur cultum, intercedénte beáto Zenónem Mártyre tuo atque Pontifice, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

1 Junii

S. ANGELÆ MERICLÆ
Virginis Veronensis

III classis

Omnia ut in Missali Romano hac ipsa die.

Die 13 Julii

S. TUSCANÆ

Vid. Ver. Commemoratio

Antiphona ad Introitum.

Ps. 118, 75 et 120

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judícia tua, et in veritaté tua humiliásti me: configé timóre tuo carnes meas, a mandátis tuis tímui. Ps. ibid., 1 Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. V. Glória Patri. Cognovi.

Oratio

Exaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de beatæ Tuscanæ festivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum. 1 Tim. 5, 3-10

Caríssime: Víduas honóra, quæ vere víduæ sunt. Si qua autem vídua filios, aut nepótes habet, disseat primum domum suam régere, et mútuam viceni réddere parénti-

bus: hoc enim accéptum est coram Deo. Quæ autem vere vídua est, et desoláta, speret in Deum, et instet obsecratióibus et oratióibus nocte, ac die. Nam quæ in delíciis est, vivens mórtua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensíbiles sint. Si quis autem suórum, et máxime domesticórum curam non habet, fidem negávit, et est infidéli detérior. Vídua eligátur non minus sexagínta annórum, quæ fúerit unius viri uxor, in opéribus bonis testimónium habens, si filios educávit, si hospítio recépit, si sanctorum pedes lavit, si tribulatióni patiéntibus subministrávit, si omne opus bonum subsecúta est.

Graduale Ps. 44, 3 Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in æténum. **V. Ibid., 5** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justitiam: et dedúcet te mirabiliter déxtera tua.

Allelúja, allelúja. V. Ibid., 5 Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, próspera procéde, et regna. Allelúja.

 **Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum.**

Matth. 13, 44-52

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Símile est regnum cælórum thesáuro abscóndito in agro: quem qui invénit homo. abscóndit. et præ gáudio

illíus vadit, et vendit univérsa, quæ habet, et emit agrum illum. Iterum símile est regnum cælórum hómini negotiatóri, quærénti bonas margarítas. Invénta autem una pretiósaa margaríta, ábiit, et vénididit ómnia, quæ hábuit, et emit eam. Iterum símile est regnum cælórum sagénæ missæ in mare, et ex omni género píscium congregánti. Quam, cum impléta esset, educéntes, et secus littus sedéntes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras misérunt. Sic erit in consummatiōne sæculi: exibunt Angeli, et separábunt malos de médio justórum, et mittent eos in camínū ignis: ibi erit fletus, et stridor déntium. Intellexístis hæc ómnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælórum símilis est hómini patrifamilias, qui profert de thesáuro suo nova et vétera.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 44, 3

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in æternum. et in sæculum sæculi.

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio, pro tuórum honóre sanctórum: quórum se méritis. de tribulatióne percepísse cognoscit auxílium. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem.**Ps. 44, 8**

Dilexísti justítiam, et odísti ini-
quitátem: proptérea unxit te Deus,
Deus tuus, óleo lætitiæ præ consór-
tibus tuis.

Postcommunio

S atiásti, Dómine, famíliam tuam
munéribus sacris: ejus, quæ-
sumus, semper interventióne nos
réfove, cujus solémnia celebrámus.
Per Dóminum.

27 Julii

BB. EVANGELISTÆ ET PEREGRINI**Confessorum Veronensium****Commemoratio****Antiphona ad Introitum.****Ps. 144, 10-11**

C onfiteantur tibi, Dómine, ómi-
nia ópera tua, et Sancti tui be-
nedicant tibi: glóriam regni tui di-
cent, et poténtiam tuam loquéntur.
Ps. ibid., 1. Exaltábo te, Deus meus,
Rex: et benedíciam nómini tuo in
sæculum, et in sæculum sæculi.

V. Glória Patri.**Oratio**

C oncéde nobis, quæsumus Dó-
mine, beátis Evangelísta et Pe-
regrino intercedéntibus, subsídium
mentis et cóporis; ut in utróque
salváti, cælestis remédii plenítudine
gloriémur. Per Dóminum.

**Et fit Commemoratio S. Pantaleo-
nis Martyris****Oratio**

P ræsta, quæsumus, omnípotens
Deus: ut, intercedénte beáto
Pantaleóne Mártyre tuo, et a cunctis
adversitatibus liberémur in corpore,
et a pravis cogitatióibus mundémur
in mente. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ**Eccli. 2, 7-13**

M etuéntes Dóminum, sustinéte
misericordiam ejus: et non
deflectátis ab illo, ne cadáatis. Qui
timétis Dóminum, crèdite illi: et
non evacuábitur merces vestra. Qui
timétis Dóminum, speráte in illum:
et in oblectatióne véniet vobis mi-
sericordia. Qui timétis Dóminum,
diligite illum: et illuminabúntur cor-
da vestra. Respícite, filii, natiónes
hóminum: et scítote, quia nullus
sperávit in Dómino, et confúsus est.
Quis enim permánsit in mandátis
eius, et derelictus est? aut quis in-
vocávit eum, et despéxit illum?
Quóniam pius et miséricors est
Deus, et remittet in die tribulatió-
nis peccáta: et protéctor est ómni-
bus exquiréntibus se in veritáte.

Graduale Ps. 30, 24-25

Diligite Dóminum, omnes Sancti
eius, quóniam veritátem requíret

Dóminus, et retríbuet abundánte
faciéntibus supérbiám. ¶. Viríliter
ágite, et confortétur cor vestrum,
omnes qui sperátis in Dómino.
Allelúja, allelúja, ¶. Ps. 9, 11 Spe-
rent in te, qui novérunt nomen tu-
um: quóniam non dereliquísti quæ-
réntes te, Dómine. Allelúja.



Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Lucam

Luc. 12,35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discí-
pulis suis: Sint lumbi vestri præ-
cincti, et lucérnæ ardéntes in máni-
bus vestris, et vos símiles homíni-
bus exspectántibus dóminum suum,
quando revertátur a núptiis: ut, cum
vénerit et pulsáverit, conféstim apé-
riant ei. Beáti servi illi, quos, cum
vénerit dóminus, invénerit vigilán-
tes: amen, dico vobis, quod præcín-
get se, et fáciet illos discúmbere, et
tránsiens ministrábit illis. Et si vé-
nerit in secúnda vigília, et si in té-
ria vigília vénerit, et ita invénerit,
beáti sunt servi illi. Hoc autem sci-
tóte, quóniam, si sciret paterfamí-
lias, qua hora fur veníret, vigiláret
útique, et non sínaret pérfodi do-
mum suam. Et vos estóte paráti,
quia, qua hora non putátis. Filius
hóminis véniat.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 67, 4

Justi epuléntur et exsúltent in con-
spéctu Dei, et delecténtur in lætitia.

Secreta

Réspice, Dómine, quæsumus, per
gloriósa mérita beatórum E-
vangelistæ et Peregríni, nostram
propítius servitútem: ut, quod offé-
rimus, sit tibi munus accéptum, et
infírma nostri córporis ad tui lau-
dem sint pérfeti virtúte firmáta.
Per Dóminum nostrum.

Pro S. Pantaleone Secreta

Accépta sit in conspéctu tuo, Dó-
mine, nostra devótio: et ejus-
nobis fiat supplicatióne salutáris.
pro cuius solemnitáte defértur. Per
Dominum.

Antiphona ad Communionem.

Luc. 12, 37

Beáti servi illi, quos, cum véne-
rit Dóminus, invénerit vigilantes:
amen, dico vobis, quod præcínget
se, et fáciet illos discúmbere, et trá-
nsiens ministrábit illis.

Postcommunio

Sumpto mystério fidei, beátis E-
vangelista et Peregríno inter-
cedéntibus: da nobis, omnípoten-
Deus; ut, præcépta tua júgiter ex-
sequéntes, donis mereámur cælesti-
bus propinquare. Per Dóminum.

Pro S. Pantaleone

Postcommunio

Refécti participatióne múnéris sa-
cri, quæsumus, Dómine Deus
noster: ut, cujus exséquimur cultum
intercedente beáto Pantaleóne Már-
tyre tuo, sentiámus efféctum. Per
Dóminum.

1 Augusti

S. MARIE CONSOLATRICIS

Virginis Veronensis

Commemoratio

Antiphona ad Introitum

Ps. 44, 8

Dilexísti justítiā, et odísti ini-
quitatem: propterea unxit te
Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ præ
consortibus tuis. Ps. ibid., 2. Eru-
ctávit cor meum verbum bonum:
dico ego ópera mea Regi. ¶ Glória
Patri. Dilexísti.

Oratio

Exaudi nos, Deus salutáris noster:
E ut, sicut de beatæ Mariæ Con-
solatricis Vírginis tuæ festivitaté
gaudémus; ita piæ devotiónis eru-
diámur afféctu. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ss. Ma-
chabæorum Mm.:

Oratio

Fratérrna nos, Dómine, Mártyrum
tuórum coróna lætificet: quæ et
fidei nostræ præbeat increménta vir-
tútum; et multiplici nos suffrágio
consolétur. Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios

2 Cor. 10, 17-18; 11, 1-2

Fratres: Qui gloriátur, in Dómino
gloriétur. Non enim qui seípsum
comméndat, ille probátus est: sed
quem Deus comméndat. Utinam
sustinerétis módicum quid insipién-
tiæ meæ, sed et supportáte me:
æmular enim vos Dei æmulatióne.
Despóndi enim vos uni viro vírgi-
nem castam exhibére Christo.

Graduale. Ps. 44, 5. Spécie tua,
et pulchritúdine tua inténde, pró-
spere procéde, et regna. ¶ Propter
veritátem, et mansuetúdinem, et ju-
stitiā: et dedúcet te mirabiliter
déktera tua.

Allelúja, allelúja. ¶ Ibid., 15 et
16. Adducéntur Regi vírgines post
eam: próxiñæ ejus afferéntur tibi
in lætitia. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii se-
cundum Matthæum

Matth. 13, 44-52

In illo témpore: Dixit Jesus discí-
pulis suis parábolam hanc: Sími-
le erit regnum cælórum decem vir-

gínibus: quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes, et dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite óbviam ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ extinguúntur. Respondéront prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émire, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, et clausa est jálua. Novíssime vero véniant et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine. Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, ait: Amen dico vobis, néscio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem. neque horam.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 44, 10.

Filiæ regum in honore tuo. ástitit régina a dextris tuis in vestitu deauráto. circúndata varietáte.

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctorum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscoit auxílium. Per Dóminum.

Pro Ss. Machabæis

Secreta

Mystéria tua, Dómine, pro sanctórum Mártirum tuórum honóre, devóta mente tractémus: quibus et præsidium nobis crescat, et gáudium. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem.

Math. 25, 4 et 6

Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit: exite óbviam Christo Domino.

Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quaésumus, semper interventione nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Pro Ss. Machabæis Postcommunio

Præsta. quæsumus, omnípotens Deus: ut, quorum memóriam sacraménti participatióne recólimus. fidem quoque proficiéndo sectémur. Per Dóminum.

9 Augusti

Ss. FIRMI et RUSTICI, Martyrum

Patronorum Secund. Ecclesiæ Veronensis

II Classis

Antiphona ad Introitum.

Eccl. 44, 15 et 14

Sapiéntiam sanctórum narrent pó-
puli, et laudes eórum núnctiet
ecclésia: nómina autem eórum vi-
vent in sæculum sæculi. Ps. 32, 1.
Exsultáte, justi, in Dómino: rectos
decet collaudátio. V. Glória Patri.
Sapiéntiam.

Oratio

Omnipotens sempitérne Deus,
qui fragilitáti nostræ cónsul-
lens ánnua nos Sanctórum Márty-
rum tuorum Firmi et Rustici cele-
britáte soláris: da nobis sub patró-
nis tálibus constitúti; et perpétua
securitáte muníri, et salutári gau-
dere proféctu. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio vigiliæ S.
Laurentii M.

Oratio

Adést, Dómine, supplicatióni-
bus nostris: et intercessióne
béati Lauréntii Mártyris tui, cuius
prævenimus festivitátem; perpé-
tuam nobis misericórdiam benígnus
impénde. Per Dóminum.

In Sabbatis, omissa commemoratione Vigiliæ, fit commemoratio S. Romani Martyris, ut in Missali.

Léctio libri Sapiéntiæ

Sap. 5, 16-20

Justi autem in perpétuum vivent,
et apud Dóminum est merces eó-
rum, et cogitátio illórum apud Altís-
simum. Ideo accípient regnum de-
córaris, et diadéma speciéi de manu
Dómini: quóniam déxtera sua teget
eos, et bráchio sancto suo deféndet
illos. Accípiet armatúram zelus il-
líus, et armábit creatúram ad ultió-
nem inimicórum. Induet pro thoráce
justítiam, et accípiet pro galea ju-
díciū certum. Sumet scutum inex-
pugnáble, æquitátem.

Graduale. Ps. 123, 7-8. Anima
nostra, sicut passer, erépta est de
láqueo venántium. V. Láqueus con-
tritus est, et nos liberáti sumus:
adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini, qui fecit cælum et terram.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 67, 4.
Justi epuléntur, et exsúltent in con-
spéctu Dei: et delecténtur in læti-
tia. Allelúja.



**Sequentia sancti Evangeli se-
cundum Lucam
Luc. 6, 17-23**

In illo tempore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiosa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénérant ut audírent eum, et sanaréntur a languoribus suis. Et qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse elevátis óculis in discípulos suos, dicébat: Beáti páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis: quia saturabímini. Beáti, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die, et exsultáte: ecce enim merces vestra multa est in cælo.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 149, 5-6.

Exsultábunt sancti in glória. lætabúntur in cubílibus suis: exaltationes Dei in fáucibus eórum. allelúa.

Secreta

Hostias, Domine, tuæ plebis intende, et quas in honorem sanctorum tuorum devota concelebrat. proficere sibi sentiat ad medelam. Per Dominum.

Pro vigilia S. Laurentii

Secreta

Hóstias, Dómine, quas tibi offérimus, propítius súscipe: et intercedénte beáto Lauréntio Mártire tuo, víncula peccatórum nostrorum absólve. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem.

Le. 12, 4

Dico autem vobis amicis meis: ne terreámini ab his, qui vos persequuntur.

Postcommunio

Sumentes pignus caelestis arcani. Et in terris positi jam superno pane satiati supplicamus, Domine. deprecantibus sanctis Martyribus tuis Firmo et Rustico, ut quod in nobis mystice geritur, veraciter impleatur. Per Dominum.

Pro Vigilia S. Laurentii

Postcommunio

Da, quæsumus, Dómine Deus noster: ut, sicut beáti Lauréntii Mártiris tui commemoratione, temporali gratulámur officio; ita perpétuo lätémur aspéctu. Per Dominum.

Die 16 Augusti

S. ROCHI, Confessoris

Commemoratio

Oratio

Populum tuum, quæsumus, Domine, continua pietate custodi: et. beati Rochi suffragantibus meritis, ab omni fac animæ et corporis contagione securum. Per Dominum.

Secreta

Præsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humiliatis oblatio et pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, et nos corpore pariter et mente purificet. Per Dominum.

Postcommunio

Quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui cælestia alimenta percepimus, intercedente beato Rocho Confessore tuo, per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

Sicubi dicenda fuerit Missa de S. Rocho, hæc erit « Justus ut palma », de Communi Confessoris non Pontificis, 2 loco, præter primam orationem, quæ dicitur ut supra.

Die 18 Augusti

In Ecclesia Cathedrali

S. HELENÆ IMPERATRICIS,

Viduæ

Commemoratio

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui locum, ubi Crux tua latébat, beátæ Hélenæ revelásti, ut, per eam, Ecclésiam tuam hoc pretioso thesáuro ditáres: ejus nobis intercessióne concéde; ut vitális ligni prétio, æternæ vitæ præmia consequámur: Qui vivis.

Secreta

Per hæc sacra mystéria concéde nobis, Dómine: ut, sicut beátæ Hélenæ misericórditer tribuísti ut Filium tuum crucifixum in corde semper gestáret; ita et nos eum in córdibus nostris perpétuo deferámus: Qui tecum.

Postcommunio

Concéde nobis, misericors Deus: ut, qui salutiferæ Crucis tuæ fructu in terra sunius recreáti; per intercessiónem beátæ Hélenæ, eodem júgiter pérfrui mereámur in cælis: Qui vivis.

Si dicenda fuerit Missa de S. Helena, hæc erit « Mihi autem absit gloriari », quæ habetur inter Missas pro aliquibus locis hac ipsa die.

Die 21 Augusti

S. EUPREPII

Ep. Ver. et Conf.

III Classis

Antiphona ad Introitum Eccli. 45, 30

Státuit ei Dóminus testaméntum pacis: et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdótii dígnitas in ætérnum. Ps. 131, 1 Meménto, Dómine. David: et omnis mansuetúdinis ejus. ¶ Glória Patri. Státuit.

Oratio

Da nobis, omnipotens et misericors Deus, ut Sancti Euprepiae Confessoris tui atque Pontificis natalicia celebrantes, cuius prædicamus triumphum, eius fidem veraciter imitemur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio S. Joannæ Franciscæ Frémio de Chantal, Vitudinæ.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus. qui beátam Joánnam Franciscam tuo amore succénsam, admirabili spíritus fortitúdine per om-

nes vitæ sémitas in via perfectiónis donásti, quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluisti: ejus méritis et précibus concéde; ut, qui infirmitátis nostræ cónciii de tua virtúte confídimus, cæléstis gratiæ auxilio cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Sapiéntiæ
Eccli. 44, 16-27 et 45, 3-20

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis placuit Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est invéntus similis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurando fecit illum Dóminus crèscere in plebem suam. Benedictiōnem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiōnibus suis: conservávit illi misericórdiam suam: et invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum: et dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi testaméntum ætérnum, et dedit illi sacerdótium magnum: et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habere laudem in nōmine ipsius, et offérre illi incénum dignum in odorem suavitatis.

Graduale Eccli. 44. 16 Ecce sa-

cérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. V. Ibid., 20 Non est in-véntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 109, 4 Tu es sacérdos in æténum, secún-dum órdinem Melchísech. Alle-lúja.

 Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Matth. 25, 14-23

In illo témpore: Dixit Jesus discí-pulis suis parábolam hanc: Homo péregre proficíscens, vocávit servos suos, et trádidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álii au-tem duo, álii vero unum, unicuíque secúndum própriam virtútem, et proféctus est statim. Abiit autem qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Similiter et qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, et abscóndit pecúniam dómini sui. Post multum vero témporis vénit dóminus servórum illo-rum, et pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accé-perat, óbtulit ália quinque talénta, dicens: Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce ália quinque su-perlucrátus sum. Ait illi dóminus ejus: Euge serve bone, et fidélis,

quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constituam: intra in gáu-dium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait: Dómine, duo talénta tradidísti mihi, ecce ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus ejus: Euge serve bone, et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constituam: intra in gáudium dómini tui.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 88, 21-22.

Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum.

Secreta

O fferimus tibi, Domine, fide-lium tuorum dona sollemnia, sanctorum tuorum interventionibus confidentes; ut quod nos exsequi-mur minus idonea servitute, illorum potius meritis efficiatur acceptum. Per Dominum.

Pro S. Joanna Francisca Secreta

I llo nos amóris igne, quæsumus, Dómine, hæc hóstia salutáris in-flámmet: quo beátæ Joannæ Fran-ciscæ cor veheménter incéndit, et flammis adússit ætérnæ caritátis. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem

Luc. 12, 42.

Fidélis servus et prudens, quem

constituit dōminus super familiam suam: ut det illis in tēmpore trītici mensūram.

Postcommunio

Consecuti gratiam muneris sacri supplices, Domine, te rogamus, ut implorante pro nobis beato Eu-preprio Confessore tuo atque Pontifice, divinæ virtutis effectum, quem corporaliter sumpsimus, spiritualiter sentiamus. Per Dominum.

Pro S. Joanna Francisca

Postcommunio

Spíritum nobis, Dómine, tuæ cari-tatis infúnde: ut, quos cælestis panis virtute satiásti, beáta Joanna Francíscra intercedénte, fárias terréna despícere, et te solum Deum pu-ra mente sectari. Per Dominum... in unitáte eiusdem Spiritus Sancti.

13 Septembris

DEDICATIO ECCLESIÆ CATHEDRÆ

I Classis

Omnia ut in Communi Dedicationis Ecclesiæ. Et dicitur Credo.

4 Octobris

S. FRANCISCI ASSISIENSIS.

Confessoris

Primarii Italiæ Patroni

I Classis

Omnia ut in Missali Romano hac ipsa die. Et dicitur Credo.

Die 12 Octobris

Ss. BENIGNI ET CARI

Confessorum Veronensium

Commemoratio

Antiphona ad Introitum.

Ps. 144, 10-11

Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, et sancti tui benedícant tibi: glóriam regni tui dicent. et poténtiam tuam loquéntur. Ps. ibid., 1. Exaltábo te, Deus meus Rex: et benedíciam nómini tuo in saéculum, et in saéculum saéculi. V. Glória Patri. Confiteántur tibi.

Oratio

Deus, qui humília respicis, et alta a longe cognóscis: concéde nos, exémplo beatórum Benígni et Cari Confessórum; quæ humilia sunt vere sectári, et alta hujus mundi ex ánimo despícere. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ
Eccli. 2, 7-13

Metuéntes Dóminum. sustinéte misericórdiam ejus: et non deflectátis ab illo ne cadátis. Qui timétis Dóminum, crédite illi: et non evacuábitur merces vestra. Qui timétis Dóminum, speráte in illum: et in oblectatiónenm vénet vobis misericórdia. Qui timétis Dóminum. dili-

gite illum: et illuminabúntur corda vestra. Respícite, filii, natiónes hóminum: et scítote quia nullus sperávit in Dómino, et confúsus est. Quis enim permánsit in mandátis ejus, et derelictus est? aut quis invocávit eum, et despéxit illum? Quóniam pius et miséricors est Deus, et remittet in die tribulatiónis peccáta: et protéctor est ómnibus exquiréntibus se in veritáte.

Graduale. Ps. 30, 24-25. Dilícite Dóminum, omnes sancti ejus, quóniam veritátem requíret Dóminus, et retríbuet abundánte faciéntibus supérbiám. **V.** Viríliter ágite, et confor-tétur cor vestrum, omnes qui sperá-tis in Dómino.

Allelúja, allelúja. **V.** Ps. 9, 11. Sperent in te qui novérunt nomen tuum: quóniam non dereliquisti quæréntes te, Dómine. Allelúja.

 **Sequéntia sancti Evangélii se-cúndum Lucam**

Luc. 12, 35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discí-pulis suis: Sint lumbi vestri præ-cíneti, et lucérnæ ardéntes in máni-bus vestris, et vos símiles homíni-bus exspectántibus dóminum suum, quando revertárunt a núptiis: ut, cum vénerit, et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigi-

lantes: amen dico vobis, quod præ-cínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vé-nerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scítote, quóniam si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non sínaret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti: quia qua hora non putátis, Filius hóminis véniat.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 67, 4.

Justi epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei, et delecténtur in lætitia.

Secreta

Hóstias ad altáre tuum offerén-tibus, Dómine, da nobis illum pietatis afféctum, quem beátis Bení-gno et Caro Confessóribus tuis infu-dísti: ut pura mente ac férvido cor-de rei sacræ attendámus, et sacrifici-um tibi plácitum nobisque profí-cuum immolémus. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem.

Luc. 12, 37.

Beáti servi illi, quos, cum vénerit Dóminus, invénerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis.

Postcommunio

Tribuat nobis, omnipotens Deus,
suffragántibus beatórum Bení-
gni et Cari Confessórum tuórum
précibus, reféctio sacra subsídium:
ut et castitatis mundítiam observé-
mus in córpore, et lumen veritatis
exhibeámus in ópere. Per Dómi-
num.

23 Octobris

In Ecclesiis Consecratis

DEDICATIO ECCLESIÆ PROPRIÆ

I Classis

Omnia ut in Communi Dedicationis
Ecclesiæ. Et dicitur Credo.

Eadem die 23 Octobris

In Ecclesia Cathedrali

DEDICATIO ECCLESIÆ

S. GEORGII

in Domo

I Classis

Omnia ut in Communi Dedicationis
Ecclesiæ. Et dicitur Credo.

30 octobris

OMNIUM SANCTORUM

EPISCOPORUM VERONENSIVM

III Classis

Antiphona ad Introitum.

Ps. 131, 16-17

Sacerdótes Sion índuam salutári,
et sancti ejus exsultatióne exsul-
tábunt, dicit Dóminus: illuc prodú-

cam cornu David, parávi lucérnam
Christo meo Ps. ibid., 1. Meménto.
Dómine, David: et omnis mansuetú-
dinis ejus. **V.** Glória Patri. Sacerdó-
tes Sion.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus,
qui nos eorum multiplici fa-
cis celebritate gaudere, per quos Ve-
ronensem Ecclesiam in apostolicis
tribuisti consistere fundamentis: da,
quæsumus; ut illorum veneranda
solemnitas nostræ sit tuitionis aug-
mentum. Per Dominum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Hebræos Hebr. 13, 7-17

Fratres: Mementóte præpositó-
rum vestrórum, qui vobis locúti
sunt verbum Dei: quorum intuén-
tes éxitum conversatiónis, imitámini
fidem. Jesus Christus heri, et hódie:
ipse et in sæcula. Doctrínis váriis et
peregrínis nolite abdúci. Optimum
est enim grátia stabilíre cor, non
escis, quæ non profuérunt ambulán-
tibus in eis. Habémus altáre, de quo
édere non habent potestátem, qui ta-
bernáculo desérviunt. Quorum enim
animálium infértur sanguis pro pec-
cátó in Sancta per pontíficem, ho-
rum córpora cremántur extra castra.
Propter quod et Jesus, ut sanctifi-
cáret per suum ságuinem pópulum.

extra portam passus est. Exeámus igitur ad eum extra castra, improprium ejus portántes. Non enim habémus hic manéntem civitátem, sed futúram inquírimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nómini ejus. Beneficéntiae autem, et communiónis nolíte oblivisci: tálibus enim hóstiis promerétur Deus. Obedíte præpósitis vestris, et subjacéte eis. Ipsi enim pervagilant, quasi ratíonem pro animábus vestris redditúri.

Graduale. Ps. 106, 22 et 32. Sacrificent Dómino sacrificium laudis: et annúntient ópera ejus in exultatione. ¶ Et exáltent eum in ecclésia plebis: et in cáthedra seniórum laudent eum.

Allelúja, allelúja. ¶ 2 Paral. 6, 41. Sacerdótes tui, Dómine Deus, induántur salútem, et sancti tui lætentur in bonis. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii secundum Marcum

Marc. 13, 33-37

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vidéte, vigiláte, et oráte: nescítis enim quando tempus sit. Sicut homo, qui péregre proféc-tus reliquit domum suam, et dedit

servis suis potestátem cujúsque óperis, et janitóri præcépit ut vigilet. Vigiláte ergo, (nescítis enim quando dóminus domus véniat: sero, an média nocte, an galli cantu, an mane) ne cum vénerit repénte, invéniat vos dormiéntes. Quod autem vobis dico, ómnibus dico: Vigiláte.

Antiphona ad Offertorium.

Ps. 105, 3.

Beáti, qui custódiunt judícium, et fáciunt justítiam in omni témpore.

Secreta

H ostias populi tui, Domine, propitius intuere: ut quod nostra fiducia non meretur, per eos quos nobis constituisti præsules incessabiliter largiaris. Per Dominum.

Antiphona ad Communionem.

Marc. 13, 34.

Homo péregre proféc-tus reliquit domum suam, et dedit servis suis potestátem cujúsque óperis, et janitóri præcépit ut vigilet.

Postcommunio

A desto nobis, quæsumus, Domine: et quos tuis mysteriis recreasti, multiplicatis intercessoribus, tua largitate confirma. Per Dominum.